

Dilecto Filio Nobili Viri Michaeli Duci Koributh

Urbanus Papa VIII.

Puthenos Ecclesie Catholice coniungendas curet -

Dilecte fili, nobilis vir salutem, et apostolicam bene-
dictionem. Ingenti plane afficimur moerore, dum
animadvertemus, in agro, quem aeternus Pater
familias sollicitudini nostrae commendavit,
aliquando deesse operarios, ubi dives expectari
posset mercium proventus. Saedet proinde mu-
neris nostri ratio, ut nihil praetermittamus,
quod ad impigros ubique vocandos ministros
opportunum videri queat. Nunc igitur cum
audiverimus intra Nobilitatis tuae domi-
nium non paucos Puthenos degere, qui hu-
ius sanctae Sedis auctoritatem minime agno-

28

scunt, summopere a te petimus, ut illos ad
catholicam veritatem traducere, iisdemque
sacerdotes unitos praeficere omnino cures. Con-
fidimus, te in huiusmodi opportunitate talia
edituram vere pietatis Documenta, ut
omnes desumere inde valeant exempla au-
toritatis Religioni famulantis. Neque
deserit praeclaris huius conatibus iuge
Altissimi patrocinium, a quo dicatarnam
precamur felicitatem Nobilitati tuae,
et paternam benedictionem ex animo
impertimur. Datum Romae apud
Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris,
die III. Novembris MDCXXXIII. Pontifica-
tus nostri anno vigesimo primo.

Descriptum, et recognitum ex autographo Regesto

Epistolarum ad Principes f. r. Urbani PP. VIII. an. XXI.
pag. 350., quod adservatur in Tabulariis Secretioribus Natio-
nis. In quorum fidem

Dabam & IV. Kalendas Junii MDCCCXXXVII.

e. N. Marini
Tabular. S. R. E. Praefectus



